



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CCCCLXXXVII. Markgraf Johann von Brandenburg verleiht als Lehnsherr
dem Deutschen Orden zur Commende Bergen, das Eigenthum über die
wüste Dorfstätte Klynte mit 10 Hufen ihrer Feldmark und über 2 ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

zeu misne vnd lazen sie des gelubdes ledig an disen brife. Zeu einem vrkunde dirre rede, henge wie vnse Infigele an disen Brif, der ist gegeben zu Meideburch nach gotes geburd Tufend Jar druhundert Jar in dem sibenzcendem Jare, an sente Gregorius obende.

Nach dem im K. Sächf. Geh. Archive in Dresden befindlichen Originale. — Auch in Märker, Burggrafenthum Meissen I, 442. Nr. 43. abgedruckt.

CCCCLXXXVII. Markgraf Johann von Brandenburg verleiht als Lehnherr dem Deutschen Orden zur Commende Bergen, das Eigenthum über die wüste Dorfstätte Klynte mit 10 Hufen ihrer Feldmark und über 2 Hufen zu Groß-Rodensleben, welche Besitzungen Heinrich und Friedrich von Alvensleben zu diesem Behuf resignirt haben, am 28. März 1317.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis Dei gracia Johannes, Marchio Brandenburgensis, omnibus imperpetuum. Memoria hominum consulte iuuatur, dum geste Rei veritas litterarum testimonio roboratur. Hinc est, Quod notum fieri volumus vniuersis cristi fidelibus tam presentibus quam futuris, Quod honesti viri et strenui milites Henricus et Fredericus de aluensleue, nostri fideles, locum et spacium ville deserte Clynte cum duodecim mansis magnis, decem ibidem, duobus in magno Rodensleue, Cum duodecim areis suis, cum omnibus suis pertinenciis, tam in spacio ville, quam in campis, pratis, pascuis, agris, terris, cultis et incultis, siluis, aquis, aquarumque decursibus et cum omni fructu et vtilitate, prout a nostris progenitoribus ac a nobis iam dudum Jure pheodali tenuerunt, nobisque eisdem resignauerunt, Nos de consensu et assensu omnium, quorum ad hoc consensus requirendus fuerat, de Jure vel de facto, ob honorem dei et gloriose virginis marie, ac ob salubre remedium progenitorum nostrorum nostrarumque animarum, dictos mansos cum omnibus et singulis pertinenciis suis appropriamus Commendatori terre Saxonie fratribusque domus Teuthonice ordinis Sancte Marie Jerosolimitani hospitalis, et proprietatem cum omni alio Jure, quod nobis aut nostris heredibus hactenus compeçit in eisdem vel quacumque ex causa in futurum competere potuisset, dedimus libere ipsis et presentibus condonamus, volentes nichilominus plenam et Justam warandiam dictis fratribus et ordini de premissis exhibere, quando et quociens ipsis fuerit oportunum. In Quorum omnium euidentis testimonium Sigillum nostrum pro nobis et pro nostris successoribus presentibus est appensum. Huius Rei Testes sunt dominus Henricus Comes de Luchowe, Henricus pincerna de schenkendorp, Borchardus de Bertensleue, Drosfeko, milites, et quam plures alii fide digni. Datum et Actum in Magdeburch, Anno domini M^o.CCC^o.XVII^o., V^o. kalend. aprilis.

Nach dem Originale, welches vom Hof-Cammerrathe Steinkopf zu Bernburg aus dem Gutsarchive zu Bergen gefälligst mitgetheilt worden ist.